



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XLVII. De Purificatione post partum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Purificatione post partum.

TIT. XLVII.

Quid hac de re statuit lex Mosaica ?

LEge illa mulier post partum immunda habebatur, & propterea si masculum peperisset arcebatur à templi ingressu XL diebus, si verò feminam LXXX.

Quid lex Evangelica ?

Hæc lex abrogavit legem Mosaicam : neque enim prohibetur amplius mulier statim post partum ingredi templum, ne pœna illi converti videatur in culpam, quasi pariendo peccasset. *Pic tamen facit mulier, si aliquantisper ab ingressu in templum abstineat.* *c.un.b.t.*

De Ecclesiis ædificandis & reparandis.

TIT. XLVIII.

Porro ecclesiæ, in quibus divina peraguntur, ruinosa sunt reparanda & recens.

N 3 recens.